



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Multi dicunt quis ostendit nobis bona? signatum est super nos lumen
uultus tui domine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Multi dicunt quis ostendit nobis bonas signatum est super nos
lumen uultus tui domine.

Hic uersus apud nos discerptus est, priore sua parte ad præcedentem, postero ad sequentem uersum copulata. Hebræus (Hiero. translatione) sic habet: Multi dicunt quis ostendit nobis bonum? leua super nos lumen uultus tui dñe. Mihi uero sic uertendus uidet atq; distinguendus: Multi dicunt, quis ostendit nobis bonum signum super nos? lumen uultus tui domine.

Vertit autem sermonē ad deum querulans, sed mira uerecūdia & modestia, de incredulis & imperuastibilibus (qualis præcipue erāt iudæi populus duræ ceruicis) q; nolint credere bene monētibus, nisi (ut Christus ait) pdigia & signa uiderint. Ita & Apost. i. Cor. i. dicit: iudæi signum querūt, Græci sapiētia, ita fit ut in uerbo crucis, & doctrina fidei semper scādalisentur, hoc est, qd hic dicit, cū monuisset ut oblara iusticia in deum sperarent, & ab ipso expectarent bonū, ostendit eos sibi incredulos & ad spem nō idoneos, petētes signū bonū, quo uidelicet certi fierēt, de bono futuro, qd sperare iussi sunt: Quis (inquit) ostendit nobis bonū signū super nos? quis nos certos facit, uertura sup nos esse bonas? q̄ iudicio id capiemus? ac si dicerent, oīa longe cōtraria apparēt, & pessimarum rerum indicia sup nos undiq; circūstant. Hoc genus hoīum late patet, qui hac diffidētia tentant dñm, sicut filij Israel in deserto.

Diffidentia.

Uideas hinc manare pelagus superstitionū & stultissimorū uotorum, etiam apud Christianos, dū uel aura nō facis aridet, uel fruges periclitant, uel etiam crus dolet, aut quouis damno temporali quisquis uel afficitur, uel affici timet, In his omnibus q̄ anxij sumus, signo bono cognoscere, nō esse hec uentura, uel amouēda si uenerint. Currit hic ad magos, ad diuinos, ad dæmōnes quoq; sed & infinita sunt cōsilia, quibus id unice curamus, ne qñ in deum speremus, uel ne sine signo bono & certo sperem? Sperat auarus in deum, sed donec turgēt marsupij & onustum frumēto crepat laquear, sperat robustus uiribus, doctus nec sanus est, sperat potens & gloriosus, donec opinio sui & tyrānis ualeat. His signis certi sibi uidētur se deum habere ppitium, qd si hæc uel ali qd eorū ruat, simul & spes ruit, nisi aliud uel maius signum suffulcias. Ita & in spiritalibus rebus agit in remissionibus peccati, & q̄te cōscientia, ubi nō pauci, neq; fide neq; spe parāt sibi securitatem, sed operū fiducia, aut alienis suffragijs. Et oīno in omni tētatione, hī signū bonū querūt spei suæ fulcrum, sine q̄ nō sperāt, ac p hoc nec in deum sperāt, quia nō pure sperāt. Spes enī quæ uidet nō est spes.

Contra uotum stultitia.

Spes infidelium.

Hoc cum suis noibus, tentatores dei, incredulos, diffidentia filios, infideles, rebelles, duræ ceruicis posset appellare, tacitis his, opus eorum simplicissimis & modestissimis uerbis tārū recitat: Multi dicunt (inquit) quis ostendit & c. iudicium operis deo relinquens & qbus oportet, quia pio affectu eorū potius miseref, calūmīq; eorum dolet, q̄ ut eos atrociter accuset.

Damnat igitur eorum errorem, nō esse scilicet hoc signum bonū super nos, quod illi querūt. Nō enim deus ppitius est ijs quibus hæc largit bona, immo quia pessimū & fallacissimū signū id est, meli⁹ & fidelius signū affert. Nempe, lumen uultus tui dñe, q. d. Nullum nosse signum, est optimū signum, sed sola fide & spe niti. Fides enī ostēdit nobis bona, & est bonū signum sup nos. Qui enim credit in illū, nō confundet: sicut ex Dan. iij. dictū est: Non est confusio confidētib; in te. Certi sunt de oibus bonis, q̄ firmiter credūt deo sine signo, sine qua fide, nulla opera, nulla signa, nulla miracula, certum faciunt.

Optime

Sola spe & fide nitendū in deum credēti

*Fides lumen
uultus dei.*

Optime autem uocatur fides, lumen uultus dei, quod sit illuminatio mentis nostrae diuinitus inspirata, & radius quidam diuinitatis in cor credentis infusus, quo dirigitur & seruetur, quicunque seruetur. Qualiter psal. xxxi. describitur: Intellectum tibi dabo, & instruam te in uia hac qua ambulabis, firmabo super te oculos meos. & psal. xliij. Non enim in gladio suo possidebunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui. Item psal. lxxxviii. Domine in lumine uultus tui ambulabis. Hinc gaudet psal. xxvj. Dominus illuminatio mea, & salus mea. Hoc figuratiue est in columna ignis & nube, quibus filij Israel regebant & ducebantur per desertum, sic enim sola fide ducimur, per uias ignotas, ac desertas omnium hominum auxiliorum, hoc est, passionum & tribulationum. Atque ut illic columna praesens ante faciem eorum ibat, ita hic fides praesentem deum habet, ut uelut a uultu praesentis dei, illuminatio cordis procedat, ita ut rectissime & purissime lumen uultus dei est, agnitio & fiducia praesentis dei. Qui enim praesentem sibi deum non nouit, aut non sentit nondum credit, nondum habet lumen uultus dei.

Vultus dei dupliciter accipitur.

Nihil ergo refert, siue lumen uultus dei intelligatur actiue, quo nos ipse praesentia sua illuminat fidem accendens, siue passiuue ipsum lumen fidei, quo nos cum fiducia uultum & praesentiam eius sentimus & credimus. (Nam facies seu uultus in sacris literis, praesentiam significat, ut notum est) Idem enim est, & utrunque simul est, deus illuminans, & cor illuminatum, deus uultus a nobis, & deus praesens.

Israel idem quod fidelis.

Hoc est uocabulum Israel, quo Iacob, ubi dominum uiderat facie ad faciem, appellatus est. Nam facie sua faciem dei uidit, hoc est, fide praesens deo factus, tanquam in faciem eius positus, rursus deum praesentem ac iuuare paratum tanquam in faciem suam positum cernebat. Ideo Israel directus dei dicitur, hoc est, qui regitur, seu recto itinere a solo deo ducitur. Hoc enim fit per fidem, quare uultus eius idem est quod fidelis, seu credulus, nisi quod uim & modum fidei, mira proprietate exponit.

Fides omnem bonum ostendit.

Beatus ergo (ut alio psalmo quodam dicit) Quem tu erudieris dominus, & de lege tua docueris eum. Nam apud Hebraeos minatur Iudaeis sese ostensurum dorsum & non faciem, relicurus scilicet, eos in incredulitate & ignorantia dei. Videmus quod sit signum bonum super nos, seu quis ostendat nobis bonum: Fides, inquam, haec, quia est lumen quod praesentem & uultum ipsum dei ostendit, omnem bonum nimirum ostendit, quod deus est, dum ipsum ante nos statuit & fiduciam in ipsum format. Itaque non est hominis erudire hominem.

Iam facile erit concinnare alias interpretationes.

Communis, proxima est huic sensui: Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dum illi quaerunt quis ostendat eis bona, uolentes ea praesentes uidere potius quam credere. Hic non obstat ostendi, sed gloriatur lumen uultus dei (id est, notitiam & fiduciam praesentis dei ut dictum est) signatum & impressum esse super ipsos, & satis patet intelligentia ex dictis.

Hieronymus: Multi dicunt quis ostendit nobis bonum: Leua super nos lumen uultus tui domine. Idem per modum petitionis dicit, Leua uero lumen super nos, dum nos lumine eo leua: Est enim fides, lux supra omnem caput nostrum, quare hoc leuare est aliud nihil, quam lumen fidei, quod seipsum altissimum est, super nos effundere, quo ipsi eleuemur, unde & signatum dici potest, quia clausum & incomprehensibile nobis, comprehendens autem nos & in obsequium sui captiuans.

Quo fit,

Quo fit, ut hic uersus nequeat intelligi de naturali ratione syndere si, sicut
multiplicat habet opinio dicentiu, principia prima in moralibus esse per se nota,
sicut in speculabilibus, falsa sunt haec. Fides est primum principiu omniu bo-
norum operu, atq; haec a deo incognita, ut omnis ratio summe eam exhorreat
Ratio in iumentis suis uiribus constituta dicit: Quis ostendit nobis bona. Mu-
tinentur sic dicunt: id est, omnes qui ratione ducuntur.)

Ratio fide
horret.

Dedisti laetitiam in corde meo: a fructu frumenti uini & olei sui,
multiplicati sunt.

Et huius uersus prior pars apud nos raptus est ad precedentē, quae eū se quē
te in hebreo unum uersum absoluit: quē d. Hiero. sic reddit: Dedisti laetitiam in
corde meo: a tempore frumentū eorū, & uinū eorum multiplicata sunt.

Mihi hic uersus incredulorū & credulorū iudiciū facere uidet, q̄ illis sit deus, Fides gaudiū
uenter, his deus uerus. Fides enim in deum, seu lumē uultus dei laetificat cor, uerū semper
& intima hoīs, stabili & uera laetitia imbuunt, dum pacē remissis peccatis, & secu-
ram fiduciam in deū facit, etiā in medijs passionibus, neq; enim ullū est gaudi-
um, ulla pax, nisi conscientia pura. Ita & Gal. v. Fructū spiritus gaudiū signat
Apostolus: & supra dixit: In tribulatione dilatasti mihi. Atq; ita fit, ut sicut abū-
dant passiones Christi in nobis, sic abūdet & cōsolatio Christi in nobis, ppter
fidē qua in eū fidit. ut. ij. Cor. i. Bñdictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi,
pater misericordiarū & deus totius cōsolationis, qui cōsolat nos in omī tribu-
latione nra, Quis em̄ nō gaudeat, insultas etiā uniuersis malis mundi & infer-
ni, eū Apostolo Ro. viij. dicēs: Si deus pro nobis, q̄s cōtra nos, si credat deum
esse secum, & pro se: At q̄n credet firmiter deū esse pro se, nisi tērationibus ua-
rijs probatus, fide exercitata, didicerit deū esse pro se: Nō ergo pōt fieri, quin
gaudeat in toto corde, qui lumen uultus dei habet: hic em̄ quia iustus est, pacē
habet, quia pacē habet, gaudet, quia gaudet, neminē timet, & oibus insultat,
etiā morti & inferno, certus de praesentia dei sui. Ideo recte sequit, post lumen
uultus tui domine: dedisti laetitiam in corde meo. Sicut & psal. lxxvij. Exultent
iusti in conspectu dei, & delectentur in laetitia.

Fides gaudiū
uerū semper
prestat.

De alijs incredulis quid: Nunquid cordis laetitiam unq̄ habent: Non, quia
non est pax impijs, nec est gaudiū impijs, dicit Isaias: quia, iuxta Paulum, sicut
fuitis socij passionū, ita & cōsolationis eritis, hi uero passionū socij nō fuerūt,
ideo neq; cōsolationis erunt. Et Prouer. xiiij. Cor quod nouit amaritudinem
animae suae, in gaudiū eius non miscbitur extraneus. Quid ergo habent: hoc
quod uoluerūt dimisi eos secundum desyderia sua (inquit) psal. lxxx. sicut &
psal. lxxvij. Tentationi eorū satis fecisse legit, cum peterēt escas animabus su-
is, pluens super eos, sicut puluere, carnes: ubi sequit, Adhuc escae erant in ore
iplorū, & ira dei ascendit sup eos. Quod & Apostolus repetit Ephē. v. appellās
filios dissidētia, super quos ira dei ascendit.

Gaudiū non
est impijs &
incredulis.

His pro laetitia cordis, dat olentia gaudia uentris, quia quærūt, quis ostēdat
eis bona, tantū praesentia & sensualia sapiētes, lumen uultus dei non habēt.
Ideo hic dicit: Frumentū eorum & uinū eorum multiplicata, sicut uoluerūt, mi-
tibus quidē uerbis eorum miserā describens, & quanta sit, ex sua laetitia, suisq;
bonis contrarijs iudicandam relinquens. Quae enim bona habet, qui deū non
habet: quale gaudium est, ubi cor in deo nō gaudet: Quae delectatio, ubi con-
scientia perturbata, semper contrariū sibi deum sentit.

Emphatica